

OMNES QVAE EXTANT

D. HIERONYMI STRIDONENSIS LVCV-

BRATIONES, ADDITIS VNA PSEUDE-
PIGRAPHIS ET ALIENIS, SCRIPTIS IPSIVS

ADMIXTIS, IN NOVEM TOMOS, PER DES. ERASMV


ROTTERODAMVM digeste, ac tanta uigilantia postremum emendate, ut

eruditus lector uix quicquam ultra queat desiderare. Praeterea In-

dici operis qualis sit facta accessio ex epistola ipsi premis-

sa, nobis tacentibus cognoscere licebit.

*Authorem damnatum hoc uis
operi hactenus prohibuit nunc
vero cum expurgat permissum.*



BASILEAE, EX OFFICINA EPISCO-
PIANA, PER NICOLAVM ET EVSEBIVM
EPISCOPIOS FRATRES. ANNO
M. D. LXV.

NICOLAUS ET EVSEBIUS EPISCOPI
CANDIDO LECTORI S.

Quod auus olim noster Io. Frobenius in huius operis uestibulo dixit, *Ἄντιρωμα*
ῥόνωρ, eo quòd altera diuini huius autoris Lucubrationum editione priorem suam lon-
gè uicisset: idem nos optimo iure hic posse repetere censemus, qui hac nostra, quæ omniū
postrema est, & eandem & eam quam nuper Gallia dedit superauimus: ~~_____~~

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

Hi pro nostro uirili dedimus operam, ne ulla in parte nostro deessemus officio, utq; præ-
ter aliorum necessariorum curam doctos præficeremus uiros cum operi castigando, tum
indici quàm elaboratissimè conscribendo, tum in Psalterio Hebræo præter puncta accen-
tus etiam adderentur: in summa, ut omnia quàm liceret optimè fierent. Cæterum ordo to-
morū idem est seruatus qui superioris erat editionis, in qua Gennadij catalogus ex quar-
to tomo in finem primi sub Hieronymi, quem De uiris illustribus inscripsit, catalogum,
propter simile argumentum est translatus: præterea Indicem, quòd superior nostra ratio
non omnibus arriserit, eadem charta, qua ipsum opus, excudere libuit, ut commodè

lector alicui tomorum, cui fuerit uisum, possit agglutinare. Bene uale le-

ctor beneuole, & nos ama. Ex chalcographia nostra, Idibus

Augusti, M. D. LXV.

BASILEÆ, EX OFFICINA EPISCOPI
NICOLAI ET EVSEBII
EPISCOPI
M. D. LXV.

INDEX OMNIUM OPERUM

SVRIS IN QVINQVE DIGESTVS ORDINES

per Des. Erasmus Roterodamum. *Authorem damnatum*



vo magis perspicuum fiat, quantum Christianus orbis debeat Hieronymo, uisum est indicem omnium quæ scripsit attexere, quem in quinque digestis ordinibus. Primus habebit τὰ γνήσια, de quibus nulla dubitatio sit, quin ab Hieronymo sint edita. Secundus habebit τὰ ἀμφιβόλως νόθα, de quibus iure quis addubitet illius sint nec ne. Tertius τὰ ψευδῶς ἠρξατο, quæ falso titulo Hieronymum auctorem mentiuntur: atque huius ordinis tres erunt classes. Prima indicabit erudita nec indigna lectu. Secunda impudentissimè tributa Hieronymo aut alijs autoribus. Tertia docta, sed suis titulis autorem testantia, quæ tamen Hieronymianis lucubrationibus fuerant admixta. Quartus ordo ostendet ex Hieronymianis & alienis commixta, seu ut uerius dicam confusa. Quintus indicabit ea quæ aut culpa temporum interciderunt, aut certe nondum prodierunt in lucem, ut hinc ad uestigandum incitentur studiosi.

PRIMVS ΤΩΝ ΓΝΗΣΙΩΝ, ID EST EORVM QVÆ
VERE SVNT HIERONYMI.

Ad Heliodorum exhortatio de laude uitæ solitariæ. Quanto amore. Tomo primo. Fol. 1		
De uita clericorum ad Nepotianum. Petis à me	to. 1	11
Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum auunculum. Grandes materias	to. 1	21
Institutio monachi ad Rusticum Gallum. Nihil Christiano	to. 1	42
Ad Florentium monachum familiaris. Quantus beatitudinis	to. 1	52
Ad eundem familiaris. In ea mihi parte	to. 1	53
Institutio filia infantulæ ad Lætam. Apostolus Paulus	to. 1	54
De custodia uirginitatis ad Demetriadem. Inter omnes materias	to. 1	62
De seruanda uiduitate ad Saluinam. Vereor ne officium	to. 1	73
De uiduitate seruanda ad Furiam. Obscra literis	to. 1	79
De monogamia ad Gerontiam. In uetere uia	to. 1	87
Institutio infantulæ, ad Gaudentium. Causa difficilis	to. 1	98
Institutio monachi ad Paulinum. Bonus homo	to. 1	101
De laudibus Afellæ ad Marcellam. Nemo reprehendat	to. 1	116
Marcellæ uiduæ epitaphium ad Principiam. Sæpe & multum	to. 1	117
Inuitatio ad secessū Bethleemiticū sub noie Paulæ & Eustochij. Mēsurā charitas	to. 1	123
Eadem de re ad eandem suo nomine. Ambrosius quo	to. 1	129
De xeniolis missis ad Eustochium. Parua specie	to. 1	131
Eadem de re ad Marcellam. Ut absentiam corporum	to. 1	132
Laus integræ senectutis ad Paulum Concordiensem. Humanæ uitæ	to. 1	eod.
De custodia uirginitatis ad Eustochium. Audi filia	to. 1	134
De conuersione Blesillæ ad Marcellam. Abraham tentatur	to. 1	154
De exitu Leæ ad Marcellam. Cum hora fermè	to. 1	156
Epitaphium Blesillæ filia ad Paulam. Quis dabit capiti	to. 1	157
Consolatio super obitu uxoris ad Pammachium. Sanato uulneri	to. 1	162
Epitaphium Paulæ ad Eustochium filiam. Si cuncta corporis	to. 1	169
Exhortatio ad perfectam uitam ad Lucinum Beticum. Nec opinanti	to. 1	192
Epitaphium Lucini Beticici ad Theodoram uxorem. Lugubri nuncio	to. 1	195
Epitaphium Fabiolæ ad Oceanum. Plures anni sunt	to. 1	197
Familiaris epistola ad Theophilum. Ex eo tempore	to. 1	203
Consolatio cæcitatibus ad Abigaum presbyterum. Quamuis mihi multorum	to. 1	eod.
Eadem de re ad Castrutium. Sanctus filius meus	to. 1	204

Hier. to. 1.

α 2 Conso

Eorum quæ uere

Consolatio in rebus aduersis ad Iulianum. Filius meus frater	to.1 205
De relinquendo seculo ad Exuperantium. Inter omnia quæ	to.1 205
Reconciliatio materteræ Castorinæ. Ioannes idem apostolus	to.1 eod.
Familiaris ad Iulianum diaconum. Antiquus sermo	to.1 211
Familiaris ad anachoritas Syriæ ad Theodosium. Quàm uellem	to.1 212
Familiaris ad uirgines Hermonenses. Chartæ exiguitas	to.1 eod.
Gratulatio de aduentu Ruffini & laus Bonosi. Plus Deum tribuere	to.1 213
Familiaris ad Nitiam amicum. Turpilius comicus	to.1 215
Laus Bonosi ad Chromatium. Non debet charta	to.1 216
Familiaris ad Chryfogonum. Qui circa te affectus	to.1 218
De humilitate ad Antonium. Dominus noster	to.1 eod.
De nõ diuellēdo matrimonio absq; mutuo cōsensu ad Rusticū. Quod ignotus	to.1 219
De uitando suspecto contubernio. Retulit mihi quidam	to.1 219
Contra Sabinum uirginis sollicitatorem. Samuel quondam	to.1 228
De miraculo mulieris sæpius ic̄tæ, ad Innocentium amicum. Sæpe à me	to.1 233
Vita Pauli eremitæ. Inter multos sæpe	to.1 237
Vita Hilarionis monachi. Scripturus uitam	to.1 241
Vita Malchi captiui monachi. Qui nauali prælio	to.1 255
Catalogus scriptorum illustrium ad Dextrum. Hortaris Dexter	to.1 261
Idem opus Græcè uersum à Sophronio	to.1 eod.
De perpetua uirginitate Mariæ aduersus Heluidium. Nuper rogatus	To.2 5
Defensio uirginitatis aduersus Iouinianum. Pauci admodum	to.2 17
Aduersus eundem liber secundus. Secunda propositio	to.2 69
Aduersus eundem ad Pammachium apologia. Quod ad te hucusq;	to.2 101
Aduersus defensorem Iouiniani ad Domnionem. Literæ tuæ ad amorem	to.2 113
Exhortatio ad studium diuinæ scripturæ ad Pammachium. Christiani interdū	to.2 117
Velitatio in errores Vigilantij Galli ad Riparium. Acceptis primum literis	to.2 118
Aduersus Vigilantium de uigilijs ad sepulchra martyrum. Multa in orbe	to.2 120
Aduersus errores Montani ad Marcellam. Testimonia de Ioannis	to.2 128
Ad Riparium de hæresibus expugnandis. Christi te aduersum	to.2 129
Aduersus Arianorum hypostasas, ad Damasum. Quoniam uetusto	to.2 131
Eadem de re ad eundem. Importuna in euangelio	to.2 133
De pœnitentia lapsi episcopi & rebaptizandis dialogi. Proximè accidit	to.2 135
De erroribus Origenis ad Auitum. Ante annos circiter	to.2 142
Aduersus Ioannē Hierosolymitanū episcopū ad Pammachiū. Si iuxta Paulum	to.2 162
Aduersus eundem ad Theophilum. Epistola tua	to.2 183
Aduersus Origenistas ad Pammachium. Schedulæ quas	to.2 189
Expostulatio cum Ruffino de figuratis laudibus. Diu te Romæ	to.2 195
Aduersus Ruffinum apologia ad Pammachium & Marcellam. Et uestris	to.2 196
Aduersus eundem liber secundus. Hucusq; de criminibus	to.2 212
Responsio ad duas inuectiuas Ruffini. Lectis literis	to.2 230
Aduersus Pelagianos ad Ctesiphontem. Non audacter	to.2 250
Aduersus eosdem dialogus primus. Scripta iam	to.2 260
Aduersus eosdem dialogus secundus. Multa quidem	to.2 279
Aduersus eosdem dialogus tertius. Delectatus sum	to.2 297
Familiaris ad Marcellam. Vt tam paruam	to.2 312
Aduersus Vigilantij conuicia. Iustum quidem fuerat	to.2 eod.
Quatenus legendus Origenes ad Tranquillum. Maiora spiritus	to.2 314
Aduersus Arianos de sua fide, ad Marcum. Decreueram quidem	to.2 315
De oppressione Origenistarū per Theophilū ad Pāmachiū. Rursum oriētalib.	to.2 316
	De Pe

sunt Hieronými, Index

De Pelagianis oppressis, ad Augustinum & Alipium. Sanctus Innocentius	to. 2 317
Ad eundem de re simili. Omni quidem	to. 2 eod.
Rursum ad eundem. Multi utroq;	to. 2 318
Qui scripserunt de origine animæ ad Marcellinum. Tandem ex Africa	to. 2 eod.
De matrimonio post baptismum imputato ad Oceanum. Nunquam filii	to. 2 319
Quatenus adhibendæ literæ gentiliū ad oratorem Magnum. Sebesium nostrū	to. 2 326
De gradibus presbyteri & diaconi ad Euagrium. Legimus in Esaia	to. 2 329
De dissidio Petri ac Pauli, ac de mendacio ad Augustinum. Tres simul	to. 2 336
Inuitatio ad mutuum amorem ad Augustinum. In ipso profectiois	to. 2 345
Simili de re ad eundem. Crebras ad me	to. 2 347
Familiaris ad eundem. Virum honorabilem	to. 2 351
De cucurbita in Iona ad eundem. Cum à sancto	to. 2 352
Commendatio amici ad Augustinum. Anno præterito	to. 2 362
Aduersus calumnias æmulorum ad Asellam. Si tibi putem	to. 2 363
Aduersus Onasum obtrectatorem librorum suorum. Medici quos	to. 2 364
De optimo genere interpretandi ad Pammachium. Paulus apostolus	to. 2 365
Aduersus calumniatores emendatæ scripturæ sacre ad Marcellam. Post priorē	to. 2 372
De studio diuinæ scripturæ ad Paulinum. Frater Ambrosius	To. 3 5
In pentateuchum uersum præfatio. Desiderij mei	to. 3 13
In Iosue præfatio. Tandem finito pentateucho	to. 3 15
In libros Regum præfatio. Viginti & duas literas	to. 3 16
In Paralipomena præfatio. Si septuaginta interpretum	to. 3 18
Altera in idem opus præfatio ad Domnionem. Quomodo Græcorum	to. 3 20
In Esdrā & Neemiā præfatio ad Domnionē & Rogatianū. Vtrū difficilius sit	to. 3 21
In Tobiam præfatio ad Chromatium & Heliodorum. Mirari non desino	to. 3 22
In Iudith præfatio. Apud Hebræos liber Iudith	to. 3 eod.
In Hester præfatio. Librum Hester uarijs	to. 3 23
In Iob præfatio. Cogor per singulos	to. 3 23
In Iob è septuaginta uersum, sed additis notulis. Si aut fiscellam	to. 3 24
In Prouerbia Salomonis. Iungat epistola	to. 3 25
In Ecclesiasten uersum præfatio. Memini me ante	to. 3 eod.
In Esaia ex Hebræo uersum præfatio ad Paulā & Eustochiū. Nemo cū prophetas	to. 3 26
In Hieremiam uersum præfatio. Hieremias propheta	to. 3 eod.
In Ezechielem præfatio. Ezechiel propheta	to. 3 27
In Daniele præfatio. Daniele propheta	to. 3 27
In duodecim prophetas uersos præfatio. Non est idem ordo	to. 3 29
In Iohel præfatio. Sanctus Iohel	to. 3 29
In quatuor euangelia castigata ad Damasum. Nouum opus	to. 3 eod.
De tribus quæstionibus ad Damasum. Postquam epistolam	to. 3 33
De Melchisedek ad Euagrium. Misisti uolumen	to. 3 38
De quadraginta duabus mansionibus ad Fabiolam. In septuagesimo septimo	to. 3 41
De uestibus sacerdotalibus ad Fabiolam. Vsq; hodie in lectione	to. 3 56
De terra promissionis ad Dardanum. Quæris Dardane	to. 3 66
De Ephod bad ad Marcellam. Epistolare officium est	to. 3 70
De iudicio pueri Salomonis ad Ruffinum. Multum in utranq;	to. 3 74
De Salomone & Achaz ante tempus patribus ad Vitalem. Zenon nauclerus	to. 3 76
De Tharsis in ueteri testamento ad Marcellam. Nuper cum Rheticij	to. 3 77
De ordine ac titulis psalmorum ad Sophronium. Scio quosdam putare	to. 3 78
Emendatio psalterij in certis locis ad Suniam & Fretelam. Verè in uobis	to. 3 79
De decem mysticis nominibus Dei ad Marcellam. Nonagesimum psalmum	to. 3 94

Eorum quæ uere

Quid sint Alleluia, Amen, Maranatha, ad eandem. Nuper cū pariter essemus	to. 3	95
Quid sit sela, hoc est diapalma ad eandem. Quæ acceperis	to. 3	96
Explanatio Psalmi octogesiminonni ad Cyprianum. Prius te Cypriane	to. 3	97
Explanatio Psalmi quadragesimi quarti ad Principiā uirginē. Scio me Principia	to. 3	104
Expositio Psalmi centesimi uicesimifexti ad Marcellam. Beatus Pamphilus	to. 3	113
Expositio primæ uisionis Esaiaē ad Damasum. Et factum est	to. 3	115
De seraphim & calculo ardenti ad eundem. Septuaginta	to. 3	121
Quid sonet Hebræis osanna ad Damasum. Multi super hoc	to. 3	123
De prodigo filio apud euangelistam ad Damasum. Beatitudinis tuæ	to. 3	126
De tribus quæstionibus ad Amandum. Breuis epistola	to. 3	134
De quatuor quæstionibus ad Marcellam. Magnis nos prouocas quæstionibus	to. 3	137
De blasphemia in Spiritum sanctum ad eandem. Breuis est quæstiuncula	to. 3	139
Ad duodecim quæstiones Hedibiæ. Ignota uultu	to. 3	140
Ad undecim quæstiones Algasiæ. Filius meus	to. 3	156
In canticum canticorū homiliae duæ ex Origene uersæ. Origenes cū in cæteris	to. 3	176
Expositio loci apud Paulum, Omnes quidem dormiemus, sed non omnes, &c. In ipso iam profectionis articulo. Ad Minerium & Alexandrum	to. 3	189
De duabus quæstiunculis ad Paulinum. Voce me prouocas	to. 3	197
Epistola familiaris ad Desyderium. Lecto sermone	to. 3	198
Interpretatio alphabeti Hebraici ad Paulam Urbicam. Nudiustertius cum	to. 3	199
Quæstiones seu traditiones Hebraicæ in Genesim. Qui in principijs	to. 3	200
Non nihil suspicor hoc opus à studioso quopiam abbreviatum fuisse. Nam id plerisque stu- dio est, omnia ad compendium redigere, propterea quòd Hieronymus in locis Hebrai- cis subinde relegans nos huc, testatur se copiosius quædam in hoc libro tractasse, cum ea aut prorsus non inueniantur, aut paucissimis attacta.		
Esaïas propheta iuxta translationem Septuaginta, & iuxta ueritatem Hebraicam unà cum commentarijs Hieronymi in octodecim uolumina digestis, quorum initium est: Expletis longo uix tempore. Ad Eustochium	To. 5	3
In Hieremiam iuxta utranq; æditionem commentariorum libri sex ad Eusebium. Initium: Post explanationes duodecim	to. 5	261
In Ezechielem iuxta utranq; æditionē libri quatuordecim. Initium: Finitis in Esaïam decē & octo. Ad Eustochium	to. 5	377
In Danielē cōmentarij ad Pammachiū & Marcellā. Cōtra prophetā Danielē	to. 5	567
In Osee libri cōmentariorū tres ad Pammachiū. Initiū: Si in explanationibus	To. 6	3
In Iohel liber unus ad Pammachium. Non idem est ordo	to. 6	54
In Amos libri tres ad eundem. Amos propheta qui sequitur	to. 6	71
In Abdiam liber unus ad eundem. Cum essem paruulus	to. 6	114
In Ionam liber unus ad Chromatium. Triennium circiter fluxit	to. 6	122
In Micheam libri duo ad Paulam & Eustochium. Micheas in quem nunc	to. 6	135
In Nahum liber unus ad easdem. Iuxta Septuaginta interpretes	to. 6	166
In Habacuc libri duo ad Chromatium. Primum Chromati	to. 6	182
In Sophoniā liber unus ad Paulā & Eustochiū. Antequā Sophoniā aggrediar	to. 6	208
In Aggeum liber unus ad easdem. Secundo anno Darij	to. 6	226
In Zachariam libri tres. Ultimo iam autumnū	to. 6	238
In Malachiā liber unus. Ultimum duodecim prophetarum	to. 6	289
In Ecclesiasten cōmentariorū liber unus ad Paulam & Eustochiū. Memini me	To. 7	39
In Euangelium Matthæi ad Eusebium. Plures fuisse qui	To. 9	6
In epistolam Pauli ad Galatas libri tres ad Paulam & Eustoch. Pauci admodum	to. 9	158
In epistolā ad Ephesios libri tres ad Paulā & Eustochium. Si quicquā est Paula	to. 9	202
In epistolam ad Titum liber unus ad easdem. Licet non sint digni	to. 9	242
		In epistolam

sunt Hieronymi, Index

In epistolam ad Philemonem liber unus. Qui nolunt inter epistolas Pauli to. 9 258
 De Spiritu sancto liber unus Didymi, interprete Hieronymo. Initiū: Cum in Babylone. to. 9 245
 Opus ipsum. Omnibus quidem quæ

Loca Hebraica uersa ex Eusebio. Eusebius qui à beato: Et
 Nomina Hebraica secundū ordinem literarū ex Philone, sed omisis quibusdam, nonnullis immutatis, demū additis nonnullis à Hieronymo, ut ipse testatur in præfatione. Citatur ab eo locis aliquot, liber Hebraicorū nominū, & quædam interpretationes reprehenduntur, quas tamen inuenimus in hoc opere. Initium operis est: Philo, uir disertissimus. Chronica Eusebii Hieronymo interprete, unā cū his quæ ipse adiecit Hieronymus, & post hunc Prosper & alij nonnulli, per quos mihi uidetur operis confusa ratio, nihilum obstante adiuratione quam operi præmiserat. Initium: Vetus ille disertorū. Operis initiū: Moyses gentis Hebraicæ.

In Hieremiā homiliae quatuordecim. In Ezechielem totidē ab Hieronymo uersæ. Quāquā haud scio quo factū sit consilio, ut homiliae in Hieremiam adempta sit Hieronymi præfatio, cū alteris adsit sua. Certè stylus non reclamationem esse Hieronymi: & ipse in Catalogo scriptorum testatur se uertisse uigintiseptem homiliae in Hieremiam & in Ezechielem. porro quatuordecim & tredecim, uigintiseptē conficiunt: unde de his nihil addubitandum. Homiliae in Lucā trigintanouē ab Hieronymo translatae: in præfatione Hieronymi numerus est omissus. Sic autē refertur hic locus à Ruffino in uerba sua libro secundo. Saltē triginta nouem. Adamantiū nostri in Lucā homiliae, sicut in Græco habentur, interpretor.

In epistolam Pauli ad Romanos, commentariorum Origenis libri decem Hieronymo interprete. Initium: Volentem me paruo.

Vetus testamentum omne Hebraicæ reddidit ueritati. Tametsi ea qua nunc utimur æditio non uidetur eruditius usquequaq; incorrupta, quòd quædam illic deprehendantur addita quæ Hieronymus negat apud Hebræos haberi: quædam secus uersa quàm Hieronymus scripsit fuisse uertenda, ut semel atque iterum subindicauimus in scholijs, quæ traditionibus Hebraicis addidimus. Quāquā ex libris Esdræ uidetur unum duntaxat uertisse, iuxta Hebræos, Neemiam & Esdras unico uolumine complectens. Sic enim scribit in præfatione: Nec quenquam moueat quòd unus à nobis liber est æditus, nec apocryphorū tertij & quarti libri somnijs delectetur. Tobiam quem inter hagiographa recenset, ex Chaldaeo uertisse uidetur, quemadmodum & Iudith.

Psalterium bis correxit ex æditione Septuaginta, obelo signatis quæ superessent asterisco quæ ex Hebraicis uoluminibus addidisset. Testis est præfatio cuius initium: Psalterium Romæ dudum positus.

Prouerbia Solomonis & Ecclesiasten ex Hebraica ueritate transtulit.

ΤΑ ΑΜΦΙΒΟΛΩΣ ΝΟΘΑ. ΣΕΚΥΝΔΥΣ ΟΡΔΟ.

QUAE post hæc dicetur, eiusmodi sunt, ut ambigi possit, Hieronymi sint necne. Cum in urbe leges. Stylus nullo modo resipit Hieronymū, similior Augustiniano, nec clausula quidē epistolæ concordat cū Hieronymi cōsuetudine: Ad quod nos perducatur, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen. to. 1 fol. 213

Anno præterito. In hac Alipium cum Papam appellet, eundem tamē fratrem nominat, quū Hieronymus presbyter duntaxat fuerit, non episcopus. Alioqui stylus non admodū dissonat ab Hieronymiano. to. 2 fol. 362

Nescio qua tentatione. Apparet ab aliquo familiarium Hieronymi scriptam fuisse, fortasse nomine Hieronymi. Nā character nō nihil dissidet. Hæc tamē suo reliquimus loco. to. 2 130

Meminit beatitudo tua. In his aliquot epistolis Theophili ad Hieron. Hieronymi ad Theophilū, annotanda est æqualitas ac similitudo styli. Cum Theophilus ni fallor Græcè scripserit: apparet hæc ex actis synodicis, aut certè actorum uice fuisse descripta. Verum liberum esto suum cuiq; iudicium: nos nihil immutauimus. to. 2 fol. 103

Eorum quæ dubio sunt titulo, Index

Liber iste. Præfatiuncula in Baruch. Nō opinor esse Hieronymi, nec est in tomis, sed in Biblijs apponuntur singulis prophetis minoribus uariæ præfationes, quæ partim ambiguae sunt, quod ad autorem attinet, partim ex prima illa præfatione cuius initium: Frater Ambrosius, decerptæ: eo quod essent minutula, non curauimus sigillatim recensere.

In Machabæorum libros præfationes duæ eodem initio: Machabæorum libri, mihi nō uidentur esse Hieronymi.

Traditiones Hebraicæ in libros Regum & Paralipomenon, quanquã Hieronymus in præfatione quam præfixit traditionibus Hebraicis in Genesim, polliceri uidetur se similia traditurum in omnes sacre scripturæ libros, tamen mihi non uidetur hoc opus esse Hieronymi, quamuis eruditū & ad cognitionē sacre scripturæ uehementer cōducibile. Primum nulla præfatio testatur autorē: deinde stylus dilutior est ac facilior Hieronymiano. Ad hæc Hieronymus diligentius docet, & plus inculcat Græcarū & Hebraicarū uocū. Postremo hic quisquis fuit alicubi propemodū fatetur se nescisse sermonē Hebraicum. Proinde ad hæc è Græco fortassis Eusebij, doctus aliquis uerterit, an ex Hieronymianis & aliorum cōmentarijs collecta sint, omisis his quæ lectorem Latini tantū sermonis gnarum torquere poterant, alijs coniectandum relinquo.

to. 1 230

Loca ex actis Apostolorū. Hoc opus ob eruditionē mihi plane Hieronymi uideretur, nisi quodam in loco citaret Hieronymū, uerū hoc ipsum haud scio an marginali spacio annotatum in cōtextum traductū sit, quemadmodum sæpenumero factum deprehendimus.

Symbolum fidei ad Damasum. Credimus in Deum

to. 4 97

Symbolum fidei ad Cyrillum. Credimus in unum Deum

to. 4 98

In Genesim homiliæ septēdecim ex Origene uersæ, incertū per quē. Gennadius in Ruffino indicat tres fuisse operū Origene interpretes, Ruffinū & Hieronymū, quorū uterq; præfatione addita, sua sibi uindictarit. Tertiū nescio quē qui prologos addere noluerit. Quod si uerū est, nimirū liquet has homilias nō esse uersas ab Hieronymo, cū careant præfatione, etiam si Aldina editio testetur nonnihil prologorū in nōnullis repertū exemplaribus, sed adeò elegantium ut puditū sit apponere. Mirum autem cum Hieronymus testetur alicubi se iuuenē aliquot Origene homilias trāstulisse, nullā huius rei ab eo fieri mentionē in Catalogo scriptorū illustriū, quem scripsit nō admodū iuuenis, nisi fortè maluit ea suppressi quemadmodum suppressit priores in Abdiam commentarios.

In Exodum homiliæ tredecim, & hæc carentes præfatione, neq; stylo præ se ferentes interpretem Hieronymum.

In Leuiticum homiliæ sedecim, & hæc sine prologo.

In Numeros homiliæ uigintiocto sine prologo, quas omnes Merlinus interpreti Hieronymo tribuit impudentius quàm eruditius.

In Iesum Naue homiliæ uigintis sex. Addita est his præfatio, sed quæ magis Ruffinum referat quàm Hieronymum. Et haud scio an in uetustis exemplaribus, Ruffini nomen scriptū habeatur, quorum dum hæc nobis scriberentur non erat copia. Certè Merlini iudicio non admodum fido hac sanè in parte.

In libros Iudicum homiliæ nouē, sine præfatione, nec uidentur esse Hieronymi interpretis. Commentariorum in Iob libri tres, nullo interpretis titulo. Cæterum præfatio satis indicat non esse Hieronymi.

In Matthæum homiliæ trigintasex Origene, etiãsi in editione Badiana sint trigintaquinque, postremis duabus uti conijcio in unā confusis, adeò proluxa est. Hieronymus in præfatione quam præfixit Originicis homilijis in Lucā à se uersis, indicat se fuisse rogatū à Blesilla ut eas Latinas faceret, tomos appellās nō homilias. Est enim plus eruditionis in tomis Origene quam in homilijis. An postea uerterit, incertū: nā in Catalogo nō meminit, & quoniam hic nulla additur præfatio, uero propius est, aliū huius operis fuisse interpretem.

Duæ præfationes in Psalteriū, quarum alterius initiū: Dauid filius Iesse, alterius: Liber psalmodorum, mihi non uidentur esse Hieronymi.

Duæ

eorum quæ falso inscribuntur Hier. Index

Duæ præfationes in proueria Solomonis, alterius initium: Tribus nominibus: alterius, Tres libros, mihi non uidentur esse Hieronymi.

ΥΕΥΔΕΡΙΓΡΑΦΑ ΔΟΧΤΑ.



In hoc ordine quæ falso fuerant inscripta Hieronymo, sic digessimus, ut erudita paulatim desinant in ea quæ magis ad proximum ordinem pertinebant: sed maluimus in hanc peccare partem. In secundo tomo censuras nostras adiecimus singulis: quæ si cui non satisfaciant, suo quisque iudicio fruatur.

Vetus scripturæ celebrata. To. 1. fol. 107. Character palam arguit non esse Hieronymi, quæ uis autorem præ se fert eruditum & eloquentem. Dicerē esse Paulini, sed huius ad diuum Augustinum epistolæ non habent eundem sermonis nitorem. Vehemēter conuenit phras cum ea quæ in quarto tomo primum habet locum.

In terra quidem habitasse Iob. Præfatio in Iob, uerū falso tributa Hieronymo, in Tomis non habetur, sed in uulgatis codicibus, quos uulgus Biblia uocat.

Marcus euangelista. Præfatio in Marcū, non est Hieronymi, licet sit erudita. Apparet è Græco uersam. Et in uetustissimis codicib. manu scriptis non erat ascriptū Hieronymi nomē.

Lucas Syrus. Præfatio in Lucæ euangelium, ipsa satis arguit ab interprete nō optimo uersam esse è Græco, sicuti docuimus plenius Tom. 3. fol. 31.

Hic est Ioannes. Præfatio in Ioannis euangelium, falso inscribitur Hieronymo: cuius nomen non erat ascriptum in uetustissimis codicibus, quemadmodum nec in superiore. Ad dicitur & altera nomine Augustini, sed hoc quoq; falso, ni fallor.

In lamentationes Hieremiæ libri tres, quos priore editione recensueramus inter gnesia, credentes totū cōmentarium opus unius esse autoris, quemadmodū & in cæteris prophetis.

Doctus quidam admonuit sibi uideri Bedæ, cuius hoc præcipuū fuit studium, ut ex ueterum libris contexeret suorum cōmentariorum ueluti centones. Et in his quædā reperias ex Gregorij libris ad uerbum descripta. Initium: Habes in Lamentationes to. 5 352

In Proueria Solomonis, libri tres: quos uel hinc apparet non esse Hieronymi, quod in his citetur Gregorius, quanquam & alioqui omnia longè lateq; dissidēt ab Hieronymianis.

Is qui adornauit Venetam editionem, graue putat argumentum, qd hinc quædā citatur in epistolis Decretalibus Hieronymi nomine. Suspiciatur autem à Beda è diuersis collectū opus: cui coniecturæ non admodum reclamo. Initiū: Parabolæ Solomonis to. 7 3

In euangelium Marci, commentarius: in quo nihil inuenies quod iure tribuas Hieronymo. Quod ni quædam admixta fuissent non indigna cognitu, in proximum ordinē eram reiecturus. Initium: Omnis scriba doctus in regno cœlorum to. 9 87

De uirginitate ad Demetriadem, cui censuram nostram apposuimus. Si summo ingenio pariq; to. 4 12

Ad Geruntij filias de contemnenda hæreditate. Cuncti mei sensus to. 4 29

Consolatio in aduersis ad Marcellam. Magnam humilitati nostræ to. 4 31

Consolatio exilij. Si Deus ac Dominus noster to. 4 33

Consolatio ægrotantis. Quanquam certissimè nouerim to. 4 36

De uiro perfecto. Ecce iterum ad te to. 4 43

De cognitione diuinæ legis. Præsumptionem meam to. 4 58

De tribus uirtutibus. Treis quodammodo uirtutes to. 4 64

De assumptione deiparæ uirginis. Cogitis me to. 4 67

Eadem de re sermo. Scientes fratres to. 4 77

De honorandis parentibus. Parentum meritis to. 4 78

De septem gradibus Ecclesiæ. Sufficere quidem to. 4 79

De laude uirginitatis. Quantam in cœlestibus to. 4 87

De membris Dei. Omnipotens Deus to. 4 93

De cereo paschali. Nulla res uetus. Vide censuram nostram to. 4 116

De uera circuncisione. Superiore epistola to. 4 119

De

eorum quæ falso inscribuntur Hier. Index

De celebratione pasche, quæ eadē extat inter epistolas August. Lectis literis tuis	to. 4	130
In Susannam lapsam. Puto leuius esse	to. 4	139
Ad Euagrium obiurgatio. Nisi uererer beatissime	to. 4	144
Et si ignotus tibi sim facie. De militando Christo	to. 4	145
De decem tentationibus Israelitarum. Hæc sunt uerba	to. 4	147
Expositio psalmi quadragesimi primi. Omne psalterium	to. 4	148
Expositio psalmi centesimi decimiseptimi. In omni psalmo	to. 4	149
De musicis organis. Cogor à te	to. 4	150
De resurrectione Domini. Exulta cœlum	to. 4	151
De natiuitate Christi. Hodie uerus sol	to. 4	153
De epiphania Domini sermo. Dies epiphaniarum	to. 4	154
De quadragesima. Quomodo miles semper	to. 4	155
De esu agni. Hodie fratres	to. 4	eod.
De resurrectione Domini. Non queo	to. 4	157
De uinculis Petri. Sepissimo rogatu	to. 4	158
De obseruatione uigiliarum. Dignum est fratres	to. 4	161
Ex hac homilia bonam partem transcripsit in regulam monachorum Lupus quispiam, alba quod aiunt amussi, quiduis congerens, quo longius redderet uolumen.		
Qui Aethiopem. Exhortatio	to. 4	163
De pœnitentia. Ad te surgo	to. 4	165
De generibus leprarum. Admirabile diuinæ	to. 4	166
De filio prodigo. Omnium quidem	to. 4	168
In cantica canticorum homilia quatuor, absq; præfatione, in nōnullis exemplaribus Hieronymum autorem præferebant, quemadmodū testatur & Merlinus autor editionis apud Lutetiam Parrhisiorum, operum Origenis. Verū Hieronymi non esse, primum ipse stylus palàm arguit: deinde q̄ nulla sit addita præfatio, quod modo in duas homilias non neglexit. Neq; uerò Hieronymus in Catalogo testatur se scripsisse quatuor homilias in Cantica, sed duas duntaxat: nimirum ex Origene uersas. Præterea an Origenis sit hoc opus, addubitari potest, quod Hieronymus in præfatione quam præfixit duabus illis à se translatis testatur Origenem bis scripsisse in Canticum canticorum, adolescentem homilias duas: deinde copiosissimum cōmentarium, decem explicitum uoluminibus. Hoc autem quatuor absolutum est homilijs, nisi fortè præfationi tribuuntur duo uolumina, & singulæ homiliae, bina uolumina complectuntur.		
Commentarij in epistolas Pauli, collecti à studioso quopiã nō indocto, sed admixtis quibusdam alterius parum eruditi: sed præfationē addiderat nescio quis, ad Heliodorū Hieronymi nomine, uehementer insulsam & infantē, cuius initiū est: Literis tuis	to. 9	265
Commētarij in Iob itidem à studioso quopiã è uarijs collecti, fortassis à Beda: nam liber caret præfatione, cuius initium: Iob qui dolens uel magnus interpretatur	to. 7	100
Reperiuntur & alij commentarij in Marcum Hieronymi titulo, sed in his deprehenduntur quædam è Gregorio decerpta.		
ΥΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ ΙΝΔΟΚΤΑ.		
I N his quæ proximus habebat ordo, quædam inerant lectu digna, quædam ut cuncq; ferenda: nonnulla in hunc magis ordinem reijcienda. Cæterum in hoc catalogo nihil reperies, quod nō sit ex æquo indoctū, infans, & impudēs. Proinde mea quidem sententia, nullum omnino lectionis operæ precium. Sed inuisita est imperitorū hominū pertinacia, cui plus satis datum est à nobis, in huius operis editione, magnoq; nobis cōstat aliena stulticia. Adiecimus Censuras: quæ si cui non probantur, non scripsimus illi.		
De morte filiaē consolatio. Benedicto & dilectissimo	to. 4	312
De ferendis opprobrijs. Diuersorum opprobria	to. 4	314
		De

Alienorum Index

De uita clericorum. Sophronius Eusebius.	tom. 4 317
Damascus Hieronymo, & Hieronymus Damaso, falsissimo utrumque titulo.	to. 4 319
De scriptoribus aliquot Ecclesiasticis. Vis nunc acriter.	to. 4 320
De uirtute psalmorum. Quia me dulcissimæ.	to. 4 321
De oblatione altaris. Nouerit tua autoritas.	to. 4 322
Regula monachorum. Tepescens in membris.	to. 4 323
Impudentissimus impostor, quisquis is fuit, fingit hanc regulam ab Hieronymo centenario scriptam, cum Prosper tradat eum unum & nonaginta natum annos, uita decessisse, nisi forte reuixit, ut hanc etiam tam bellam scriberet regulam.	
De natiuitate uirginis Mariæ, cum duabus ficticijs epistolis. Petitis à me.	to. 4 340
De morte Hieronymi, nomine Eusebii. Patri reuerendissimo.	to. 4 343
De transitu & laudibus Hieronymi, nomine Augustini. Gloriosissimi Christianæ fidei athletæ.	to. 4 363
De miraculis Hieronymi, nomine Cyrilli. Venerabili uiro.	to. 4 367
Vita Hieronymi incerto autore. Plerisque nimirum.	to. 4 386
Reperimus & alia quædam inscripta Hieronymo, prorsus indigna quouis Hieronymi discipulo. Quandoquidem apparet hoc solenne fuisse librarijs, ut huius unius titulo quemlibet libræ emptori cõmendarent, uerum ea quoniam antehac nunquam fuerant excusa formulis addenda non putauimus Nihil à nobis prætermisum est eorum quæ priores habebant editiones. Nimis multa sunt addita huius sanè generis. Inuiti dedimus hoc illorum iudicio, qui nullo sunt iudicio. Sed quorsum attinet aduersus torrentem nitri? Spero fore ut aliquando seculum expurgiscatur, id si fiat, bona pars laborum studiosis adimetur, non nisi in optimis autoribus bonas horas bene posituris.	
Comperimus martyrologium, præfixa Hieronymi præfatione, Longobardicis scriptum literis, sed alia quadam lingua quam Latina, Hispanica opinor, plerisque uocibus in aliam formam deflexis ac deprauatis.	

A L I E N A.

POST hoc succedunt quæ fuerant intermixta lucubrationibus Hieronymianis, sed suis tamen titulis, quæ nec à nobis sunt amputata, sed in suum semotale locum.

Catalogus scriptorum illustrium per Genadium. Iacobus Presbyter.	to. 1 314
Domino dilectissimo. Epistola Epiphani, Salaminæ Cypri episcopi.	to. 2 186
Scio quamplurimos. Præfatio Ruffini in libros Origenis <i>πρὸς ἀρχαίμ</i> , quam adiunximus, quò facilius intelligerentur apologiæ sancti Hieronymi.	to. 2 187
Sanctus aliquis. Epistola Pammachi & Oceani ad Hieronymum.	to. 2 188
Dñs qui locutus est. Epistola Theophili Alexandrini episc. ad Epiphanium.	to. 2 309
Nunquam æquè quisquam. Epistola Augustini ad Hieronymum.	to. 2 300
Habeo gratiam. Eiusdem ad eundem.	to. 2 332
Ex quo coepi ad te. Eiusdem ad eundem.	to. 2 335
Audiui peruenisse. Eiusdem ad eundem.	to. 2 345
Quamuis existimem. Eiusdem ad eundem.	to. 2 348
Sicut præfens. Eiusdem ad eundem.	to. 2 352
Iam pridem charitati tuæ. Eiusdem ad eundem.	to. 2 352
Dormientem te. Damascus Hieronymo.	to. 3 32
Commentaria cum legerem. Idem ad eundem.	to. 3 123
Euangelium Lucae sine commentarijs, sed ex uetustis exemplaribus aliquanto emendatius, in hoc additum, ut respondeat Canonis quatuor euangelij cõmuni.	to. 9 114
Euangelium Ioannis, eodem adiectum consilio, sine commentarijs.	to. 9 83
Dominæ debitis. Epistola Augustini ad Iulianam Demetriadis matrem.	to. 4 26
Damasi symbolum.	to. 4 97
	Ruffini

Alienorum Index

Ruffini symbolum.	to. 4 101
Epistola Paulini ad Sebastianum eremitam. Sancto & merito.	to. 4 171
Apologia Pamphili pro Origene. Cognoscendæ ueritatis.	to. 4 172
De adulteratis Origenis libris Ruffinus. In his quæ superiori libro.	to. 4 194
Eadem de re, ex Origenis epistolis. Verba Origenis.	to. 4 195
Libri <i>πρὸς ἀρχαίους</i> Origenis, Ruffino interprete. Scio quàm plurimos.	to. 4 198
Ruffini epistola ad Anastasium pro fide sua. Audiui quosdam.	to. 4 201
Anastasi epistola de Ruffino. Probata quidem affectionis.	to. 4 202
Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum libri duo. Perlegi scripta.	to. 4 203
Augustini quæstio ex epistola Iacobi. Quod ad te scripsi.	to. 4 234
Eiusdem de ratione animæ. Deum nostrum qui.	to. 4 238
Eiusdem de origine animarum. Quamuis tuæ sanctitatis.	to. 4 244
Eiusdem de pastoribus. Spes tota nostra.	to. 4 249
De ducenda uxore, titulo Valerij. Loqui prohibeor.	to. 4 260
Regula monachorū ex Hieronymi scriptis confarcinata, per lupū quendam Oliuetanum, cum approbatione Martini pontificis. Fratres charissimi.	to. 4 263
Dialogus Hieronymi & Augustini per quendam ineptū, ex ipsorum scriptis collectus. Cum apud uos coelestis.	to. 4 295
Homilia de corpore et sanguine Christi, incerto autore. Magnitudo coelestium.	to. 4 300
Homilia super euangelium Matthæi, incerto autore. Sanctus euangelista.	to. 4 302
Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium. Sanctissimum doctorem.	to. 4 303

MIXTA.

SEQVUNTUR EA QUAE FALSO TITULO
non unius sunt autoris.

INTER mixta recenseri poterat regula monachorum, non ex Hieronymianis tantum collecta scriptis, uerum eam alio loco posuimus. Commentarij quos habemus in omne psalterium Hieronymi titulo, palam ipsi præ se ferunt, quod non sint unius autoris. Si quis autem meum requirat iudicium, nihil illic esse arbitror Hieronymi: uerum una pars est hominis quisquis fuit plane docti, & sermonis expoliti, longè tamen discrepantis ab Hieronymiano. Nam hic minus habet nitore ac lenitatis, plus neruorum, deinde ubique copiosior, ac diligentior, ac magis ostentans suas opes. Altera pars est locutulei cuiuspiam, ac penè dixerim rabulæ, & nisi me fallit nasus, eiusdem qui sermones suos Augustini nomine nobis dedit, præter alia multa bella. Cuius rei si quis gustum cupiat sumere, in ipsa statim præfatione, conferat initia cum fine, & uidebit subito nouum scriptorem. Quanquam & ea coniectura arguebat non esse Hieronymianum opus, quod nec titulus, nec epistola cuiusquam habeat nomen. Vnde suspicor, illum sua nullo edidisse titulo, & librariorum Hieronymi nomen addidisse. Et forsatis hic est ille cuius meminit Gennadius, quem ait nonnulla uertisse Origenis, sed data opera titulis ademptis: cuius esse suspicor & annotationes in libros Regum ac Paralipomenon. Sed ut quod coeperam, absolua: qui uoluerit imposturam deprehendere, legat attentè commentarium in psalmum septuagesimumseptimum. Rem quidem ille sumpsit ex commentarijs in Matthæum, cæterum eam suis ornauit flosculis. Ineptit suis dialogicis, delirat exclamationibus, balbutit acyrologijs, superfluit perissologijs: legat in psalmum octogesimum, in psalmum nonagesimum, ubi doctè scilicet exponit, quid sit *σύνθεσις*, cum plures cadunt. Verum ut in genere dicam, ipsa battologia & dictionis character hominem ubique arguit.

EORVM QUAE PERIERVNT, INDEX.

IN OSTREMO loco recensibimus, quæ uel temporum iniuria, uel hominum incuria, uel æmulorum inuidia interciderunt. Libri Clementis apostolorum comitis in Latinum uersi sermones, efflagitate Gaudentio: cuius operis meminit in peroratione commentariorum Origenis, in epistolam ad Romanos.

Inter

Eorum quæ perierunt, Index

Interpretatio in prophetam Abdiam prior, quam scripsit adolescens: & nondum satis in diuinis exercitatus literis. Meminit huius operis in præfatione quâ præmisit posterioribus in eundem prophetam commentarijs.

Libri quatuor *περὶ ἀρχῶν* Origenis, quos testatur à se uersos: deinde corruptos librariorū uitio, ad Pammachij preces denuo transtulit: quos opinor ob inuidiam Origeniani nominis suppressos: nam quos hodie legimus, Ruffini sunt interpretis.

Epistola quædam ad Paulam, cui annexerat indicem, siue elenchon omnium operum Origenis, conferens ea cum operibus Marci Varronis *πολυγραφεύματα*: cuius & alibi meminit. Ex eo Ruffinus hæc recenset secundo Inuectiue suæ libro: Quæritis uidelicet, ut ad Adamantium nostrumque calcenterum ueniamus: qui tanto in sanctarum scripturarum labore sudauit, ut iuste Adamantij nomen acceperit. Vultis nosse quanta ingenij sui reliquerit monumenta: sequens titulus indicat, Scripsit in Genesim libros, & cætera. Nam extat liber in Tomo huius operis secundo inter aliena.

Euangelium Hebraicum, Nazarenorum, siue Ebionitarum, quod sibi exhibitum ex bibliotheca Cæsariensi, transtulit in linguam Græcā ac Latinā, & ex eo, locis compluribus quædam adducit. In libro Hester quem uertit ex Hebræis, alphabetum addiderat ex minio usque ad theta litteram, diuersis in locis, ad eum modum, ordinem Septuaginta notās studioso lectori: cum ipse Hebraicum ordinem sequi mallet. Atque hæc laboris pars nobis perijt.

Librum Iob bis uertit: Primum ex æditione Septuaginta, obelis iugulans, quæ apud Hebræos non haberentur, & asteriscis illustrans, quæ ex Hebræorum uoluminibus essent addita. Atque huius laboris, qui nobis perijt, extat tamen testis præfatio, cuius initium: Si aut fiscellam iunco texerem. Rursus ex ipsis fontibus, hoc est Hebræo, Arabico, Syroque sermone, quod is liber mixta quadam lingua conscriptus sit. Huius laboris extat præfatio testis, cuius initium: Cogor per singulos. Hoc obiter admonere uisum est, quod uulgatis codicibus inuertentur has præfationes. Cæterum hæc æditio qua nunc utimur, utra sit, mihi parum liquet. Psalterium bis correxit, primum Romæ agens: rursus in Bethlehemitico rure, obelis & asteriscis notans, quæ superessent in æditione Septuaginta, aut quæ ipse ex Hebræorum fontibus addidisset. Quanquam sunt qui dicant, hunc laborem extare.

Prouerbia Salomonis & Ecclesiasten prius ex æditione Septuaginta castigarat per obelos & asteriscos. Qui labor nobis perijt. Testatur in præfatione, cuius initium: Iungat epistola. Danielem Hebræis scriptum literis, sed sermone Chaldæo, ex ipso fonte transtulit: sed obelo iugulatis historia Susannæ, hymno trium puerorum, & fabula Draconis. Notas abieciimus. Nouum testamentum Græcæ fidei reddidit: qui labor si extaret, aut non fuisset nobis eadem in re laborandum: aut certe illius studio plurimum fuisset adiuti. Condidit & canonem quatuor euangeliorum, quid inter illos conueniret, aut dissonaret, quid cui deesset.

In Catalogo scriptorum illustrium testatur se scripsisse tractatus sex à psalmo decimo, usque ad decimum sextum, hoc est, in singulos illius ordinis tractatus singulos. Sic enim legitur in uetustissimis exemplaribus, assentiente et interprete Græco Sophronio. Id operis apparet interisse. Nec enim has breues quas habemus annotatiunculas in Psalmos, uero consentaneum est ab eo tractatus uocari: maximè cum habeamus aliquot eiusdem tractatus, uelut ad Cyprianum, in psalmum octogesimum nonum. Ad Principiam, in quadragesimum. Ad Marcellam, in centesimum uigesimum sextum. Atque huius fuisse generis probabile est, quos ibi dixit tractatus.

Scripturam diuinam suæ linguæ hominibus tradidit, hoc est, Dalmaticè uertit. At hodie piaculum existimant, sacras litteras uulgata legi lingua.

Theophili liber paschalis eruditus & eloquens ab Hieronymo uersus, ut indicat in epistola, cuius initium: Ex eo tempore.

Canon Hebraicæ ueritatis, cuius meminit in epistola ad Lucinum.

Emendauit æditionem Septuaginta, ut testatur in eadem.

Bis scripsit in Matthæum, ut indicat in epistola, cuius initium: Satis miror.

β

Sæpius

Eorum quæ perierunt, Index

Sæpius mihi monendus est lector, ne protinus stomachetur & reclamet, sicubi à nostro dissentit iudicio. Sunt enim quidã indoctiores, quàm ut hisce de rebus iudicare possint: & tamẽ nulli omnium iudicant præfractius. Sunt quidã adeò præcipites, ut pronuncient, antequam rem expēdant. Legant prius nostras in quartũ tomum præfationes, legant Censuras: mox loca conferant, idẽq; integro animo, femota contentione, studio, aut odio, quibus rebus omne iudiciũ exoculatur: atq; ita demũ aut nobiscũ sentiant, aut à nobis dissentiant. Nos quod nobis uisum est, in cõmune proposuimus; nec omnino supinè, ni fallor, nec arroganter. Si quis nostra sic reijciet ut adducat meliora, uolentes ac libentes amplectemur. Tantũ abest, ut errorẽ obstinatè tueri uelimus. Sedulo bonaq; fide laboratũ est à nobis, & optimis fratribus Amorbachijis, ut diuus Hieronymus quamminimè deprauatus, aut contaminatus exiret in manus studiosorum, non ausim affirmare nos affectos omnia. Illud nõ uerebor dicere, intra triginta annos nullũ opus excusum typis, pari fide, pari cura, pari impendio. Proinde æquum, ut quam nos adhibuimus diligẽtiam in restituendo, eandem ceteri quoq; præstent in tuendo quod restitutum est. Alioqui si licebit impunè deprauare, miscere, confundere principũ Ecclesiæ libros, nulla certa fuerit ullius autoritas in libris excusandis: quoniam protinus unicum exemplar in duo milia propagatur, ut singula errata, bis mille fiant. Maximè cõueniebat Irenæi obtestationem præfigere, quam Chronicis Eusebij præmisit Hieronymus. Ea est huiusmodi.

ADIVRO TE QVICVNQVE HOS DESCRIPSERIS LIBROS
per Dominum nostrum Iesum Christum, & gloriosum aduentum
eius, in quo ueniet iudicare uiuos & mortuos, ut confe-
ras quod scripseris, & emendes ad exemplaria, ea de
quibus scripseris diligenter, & hoc adiura-
tionis genus transscribas, & trans-
feras in eum codicem, quem
descripseris.

INDEX IVXTA ORDINEM

TOMORVM, COMPLECTENS SIMVL ET INITIVM OPERIS, ET

Argumenti summam, & nomen eius ad quem scribitur.

INDEX PRIMI TOMI.

Q Vanto amore & studio. De laude uite solitariae. Ad Heliodorū sodalē. fol. 1.	1
Petis à me Nepotiane. Institutio clerici. Ad Nepotianum.	11
Grandes materias. Epitaphium Nepotiani. Ad Heliodorum.	21
Nihil Christiano felicius. Institutio monachi. Ad Rusticū Gallū.	42
Quantus beatitudinis tuæ. Familiaris epistola. Ad Florentium.	52
In ea mihi parte. Familiaris & hæc. Ad Florentium.	53
Apostolus Paulus scribens. Institutio infantulæ. Ad Lætam.	54
Inter omnes materias. De seruanda uirginitate. Ad Demetriadem.	62
Vereor ne officium. De seruanda uiduitate. Ad Saluinam.	73
Obsecras literis. De uiduitate seruanda. Ad Furiam.	79
In uetere uia. De monogamia. Ad Gerontiam.	87
Causa difficilis. De educatione infantulæ. Ad Gaudentium.	98
Bonus homo. Institutio monachi. Ad Paulinum.	101
Vetus scripturę. Institutio matrisfamilias, incerto autore. Ad Celantiam.	107
Nemo reprehendat. Laudes Afellæ. Ad Marcellam.	116
Sæpe & multum flagitas. Marcellæ uiduę epitaphium. Ad Principiam uirginem.	117
Mensuram charitas. Sub nomine Paulæ & Eustochij. Ad Marcellam.	123
Ambrosius quo chartas. De fugiendo seculum. Ad Marcellam.	129
Parua specie. De xeniolis. Ad Eustochium.	131
Vt absentiam corporum. Eadem de re. Ad Marcellam.	132
Humanæ uitæ breuitas. Laus familiaris senis. Ad Paulum Concordiensem.	eodē
Audi filia. Institutio uirginis sacræ. Ad Eustochium.	134
Abraham tentatur. De conuersatione Blesillæ. Ad Marcellam.	154
Cum hora ferme. De morte Leæ. Ad Marcellam.	156
Quis dabit capiti meo. Consolatio super morte filia. Ad Paulam.	157
Sanato uulneri. Consolatio super morte uxoris. Ad Pammachium.	162
Si cuncta corporis mei. Epitaphium Paulæ. Ad Eustochium.	169
Nec opinanti mihi. Exhortatio ad piã uitam. Ad Lucinum.	192
Lugubri nuncio. Epitaphium Lucini Betici. Ad Theodoram.	195
Plures anni sunt. Epitaphium Fabiolæ. Ad Oceanum.	197
Ex eo tempore. Familiaris epistola. Ad Theophilum.	203
Quamuis mihi multorum. Consolatio cæcitatatis. Ad Abigaum.	eodē
Sanctus filius meus. Consolatio cæcitatatis. Ad Castrutium.	204
Filius meus, frater tuus. Consolatio in aduersis. Ad Iulianum.	205
Inter omnia quæ mihi. Exhortatio ad Christi militiam. Ad Exuperantium.	210
Ioannes idem apostolus. Reconciliatio offensarum. Ad Castorinam.	eodē
Antiquus sermo est. Familiaris & iocosa. Ad Iulianum.	211
Quàm uellem. Familiaris & pia. Ad Theodosium.	212
Chartæ exiguitas. De obtrectatione. Ad uirgines Hermonenses.	eodem
Cum in urbe leges. Familiaris est. Ad Augustinum.	213
Plus Deum tribuere. Laus Bonosi. Ad Ruffinum.	eodem
Turpilius comicus. Familiaris. Ad Nitiam.	215

Index iuxta

Non debet charta. Exhortatio ab exemplo Bonosi. Ad Chromatium.	fol. 216
Qui circa te affectus meus. Familiaris. Ad Chryfogonum.	218
Dominus noster. De modestia. Ad Antonium.	eod.
Quod ignotus. Castigatio relapsi. Ad Rusticum.	219
Retulit mihi quidam. Vitandum uirgini suspectum contubernium.	224
Samuel quondam. Obiurgatio Diaconi impudici. Ad Sabinianum.	228
Sæpe à me. De muliere septies icta. Ad Innocentium.	233
Inter multos sæpe. Vita Pauli eremitæ.	237
Scripturus uitam. Vita Hilarionis.	241
Qui nauali prælio. Vita Malchi captiui monachi.	255
Hortaris Dexter. Catalogus scriptorum illustrium. Ad Dextrum.	261
Idem uersus à Sophronio Græce.	eod.
Iacobus presbyter cognomento. Catalogus scriptorum illustriū per Gennadium.	314

INDEX SECUNDI TOMI.

N	Vper rogatus. De perpetua uirginitate Mariæ. Aduersus Heluidium.	5
	Pauci admodum. De excellentia uirginitatis. Aduersus Iouinianum.	17
	Secunda propositio. Aduersus Iouinianum, liber secundus.	69
	Quod ad te hucusq;. Apologia superiorū uoluminum. Ad Pammachiū.	101
	Literæ tuæ & amorem. Aduersus calumniatores. Ad Domnionem.	113
	Christiani interdum. Aduersus eosdem. Ad Pammachium.	117
	Acceptis primum literis. Aduersus Vigilantium uelitatio. Ad Riparium.	118
	Multa in orbe. Aduersus Vigilantium. De colendis martyrum reliquijs.	120
	Testimonia de Ioannis. De Montani erroribus. Ad Marcellam.	128
	Christi te aduersum. Exhortatio aduersus hæreticos. Ad Riparium.	129
	Nescio qua tentatione. Simile argumentum. Ad Apronium.	130
	Quoniam uetusto. De hypostasibus Arianorum. Ad Damasum.	131
	Importuna in euangelio. Eadem de re. Ad eundem.	133
	Proximè accidit. Aduersus Luciferianos. Dialogus.	135
	Ante annos circiter. De Origenis erroribus. Ad Auitum.	149
	Domino dilectissimo fratri. Aduersus Origenistas. Ad Ioannem Hierosolymit.	156
	Si iuxta Paulum. Aduersus Ioannem episcopū Hierosolymit. suspectum Arianum.	162
	Epistola tua hæreditatis. Aduersus eundem. Ad Theophilum.	183
	Scio quàm plurimos. Præfatio Ruffini in libros πρὸς ἀρχαίους.	187
	Sanctus aliquis. Excitatio ad defensionem sui. Ad Hieronymum.	188
	Schedulæ quas. Aduersus Origenistas. Ad Pammachium & Oceanum.	189
	Diu te Romæ. Expostulatio de figurata laude. Ad Ruffinum.	195
	Et uestris & multorum. Aduersus Ruffini calumnias, liber primus. Ad Pammachiū.	196
	Hucusq; de criminibus. Aduersus Ruffini calumnias, liber secundus.	212
	Lectis literis. Eadem de re. Ad ipsum Ruffinum.	230
	Non audacter. Aduersus Pelagianos. Ad Ctesiphontem.	250
	Scripta iam ad Ctesiphontem. Aduersus eosdem, Dialogorum liber primus.	260
	Multa quidem de scripturis. Aduersus eosdem, liber Dialogorum secundus.	279
	Delectatus sum tuorum. Aduersus eosdem, liber Dialogorum tertius.	297
	Dominus qui locutus. De damnandis Origenistis. Theophilus.	309
	Meminit beatitudo. Eadem de re. Hieronymus.	310
	Sanctus episcopus Agatho. De damnatis Origenistis. Ad Hieronymum.	eod.
	Nuper tuæ beatitudinis. Eadem de re. Ad Theophilum.	eod.
	Duplicem mihi gratiam. Eadem de re. Ad Theophilum.	eod.
		Didici

ordinem Tomorum

Didici quod sanctitas. Eadem de re. Ad Hieronymum	311
Generalis epistola. Eadem de re. Epiphanius Hieronymo	311
Vt tam paruum. Familiaris ad Marcellam	312
Iustum quidem fuerat. Hortatur ut resipiscat. Ad Vigilantium	eod.
Maiora spiritus uincula. Quatenus legendus Origenes. Ad Tranquillinum	314
Decreueram quidem. Fidei suæ declaratio. Ad Marcum	315
Rursum orientalibus. De opprimendis Origenistis. Ad Pammachium	316
Sanctus Innocentius. De extincta Celestiana hæresi. Ad Augustinum	317
Omni quidem tempore. Extimulat aduersus hæreticos. Ad Augustinum	eod.
Multi utroque. Eadem de re. Ad eundem	318
Tandem ex Aphrica. Familiaris epistola. Ad Marcellinum	eodem
Nunquam fili Oceane. An qui alteram uxore à baptismo duxerit, possit fieri sacerdos. Ad Oceanum	319
Sebesium nostrum. Quatenus utendum literis prophanis. Ad Magnum	319
Legimus in Esaia. De gradu presbyteri & diaconi. Ad Euagrium	329
Nunquã eque quisquã. De mēdacio & trāslatiōe ex Hebraica ueritate. Augustinus	330
Habeo gratiam. Eadem de re. Augustinus	332
Ex quo cœpi. Eadem de re. Augustinus	335
Tres simul. De mendacio in sacris literis. Ad Augustinum	336
Audiui peruenisse. Excusatio. Augustinus Hieronymo	345
In ipso profectiois. Satisfactio. Hieronymus Augustino	eod.
Crebras ad me.. Familiaris epistola. Hieronymus Augustino	347
Quamuis existimem. Adhortatio ad concordiam. Augustinus	348
Virum honorabilem. Familiaris & hæc. Ad Augustinum	351
Sicut præsens. Familiaris. Augustinus Præsidio	352
Cum à sancto fratre. Adhortatio ad concordiam. Hieronymus Augustino	eod.
Iam pridem charitati. Rursum de mendacio. Augustinus Hieronymo	eod.
Anno præterito. Commendatio amici. Ad Augustinum	362
Si tibi putem. Deprecatur crimen amoris in Paulam. Ad Asellam	363
Medici quos uocant. In Onasum obtrectatorem. Hieronymus	364
Paulus apostolus. De optimo genere interpretandi. Ad Pammachium	365
Post priorem epistolam. Defensio interpretationum. Ad Marcellam	372

INDEX TERTII TOMI.

L RATER Ambrosius. De studio diuinæ scripturæ. Ad Paulinum	fol. 5
Desiderij mei. Præfatio in Pentateuchum uersum	13
Tandem finito. In Iosue uersum præfatio	15
Viginti duas. In libros Regum uersos præfatio	16
Si septuaginta. In Paralipomena uersa præfatio	18
Quomodo Græcorum. Altera in idem opus præfatio. Ad Domnionem & Rogam	20
Vtrum difficilius. In Esdram & Neemiam præfatio. Ad eosdem	21
Mirari non desino. In Tobiam præfatio. Ad Chromatium & Heliodorum	22
Apud Hebræos. In Iudith præfatio	eod.
Librum Hester. In Hester uersum præfatio	23
Cogor per singulos. In Iob præfatio ex Hebræo uersum	eod.
Si aut fiscellam. In Iob è Septuaginta uersum præfatio	24
Iungat epistola. In Prouerbia Solomonis præfatio	25
Memini me. In Ecclesiasten uersum præfatio	eod.
Nemo cum. In Esaia ex Hebræo uersum præfatio. Ad Paulam & Eustochium	26
Hieremias propheta. In Hieremiam uersum præfatio	eod.

Index iuxta

Ezechiel propheta. In Ezechielem uersum præfatio	fol. 27
Danielem prophetam. In Danielelem uersum præfatio	27
Non est idem. In duodecim prophetas uersos præfatio	29
Sanctus loel. In loelem præfatio	eod.
Nouum opus. In quatuor Euangelia castigata præfatio. Ad Damasum	eod.
Dormientem. Quæstiones tres ueteris legis. Damasi	32
Postquam epistolam. Ad superiores quæstiones responsio. Ad Damasum	33
Misisti uolumen. De Melchisedek. Ad Euagrium	38
In septuagesimo. De quadraginta mansionibus Israelitarum. Ad Fabiolam	41
Vsq; hodie. De uestibus sacerdotalibus. Ad eandem	56
Quæris Dardane. De terra promissionis. Ad Dardanum	66
Epistolare officium. De Ephod Bad. Ad Marcellam	70
Multum in utramq;. De iudicio Solomonis pueri. Ad Ruffinum	74
Zenon nauclerus. De Solomone & Achaz ante tempus patribus. Ad Vitalem	76
Nuper cum Rheticij. De Tharsis. Ad Marcellam	77
Scio quosdam. De ordine & titulis Psalmorum. Ad Sophronium	78.
Vere in uobis. Emendatio psalterij in certis locis. Ad Suniam & Fretelam	79
Nonagesimum psalmum. De decem mysticis nominibus Dei. Ad Marcellam	94
Nuper cum pariter. Quid Hebræis sit Alleluia. Ad eandem	95
Quæ acceperis. Quid sit Sela. Ad eandem	96
Prius te Cypriane. Expositio psalmi octogesimalinoni. Ad Cyprianum	97
Scio me Principia. Expositio psalmi quadragesimi quarti. Ad Principiam	104
Beatus Pamphilus. Expositio psalmi centesimi uigesimifexti. Ad Marcellam	113
Et factum est. Expositio primæ uisionis Esaia. Ad Damasum	115
Septuaginta. De Seraphim & calculo ardenti. Ad eundem	121
Commentaria. Quæstio de Osanna. Damasi	123
Multi super hoc. Super eadem quæstione responsio. Ad Damasum	eod.
Beatitudinis. De frugi & luxurioso. Ad eundem	124
Breuis epistola. De tribus quæstionibus. Ad Amandum	126
Magnis nos. De quatuor quæstionibus. Ad Marcellam	137
Breuis est. De blasphemia in spiritum sanctum. Ad eandem	139
Ignota uultu. De duodecim quæstionibus. Ad Hedibiam	140
Filius meus. De undecim quæstionibus. Ad Algasiam	156
Origenes cum. Homiliae duæ Origenis à Hieronymo uersæ. Ad Damasum	176
In ipso iam profectionis articulo. Expositio loci apud Paulum in epistolam ad Galatas.	
Ad Minerium & Alexandrum	189
Voce me prouocas. De duabus quæstiunculis. Ad Paulinum	197
Lecto sermone. Epistola familiaris. Ad Desiderium	198
Nudiustertius. Interpretatio alphabeti Hebraici. Ad Paulam Urbicam	199
Qui in principijs. Traditiones seu quæstiones Hebraicæ in Genesim	200
Fuit uir unus. Traditiones seu quæstiones Hebraicæ in libros Regum	230
Eber nati sunt. Traditiones seu quæstiones Hebraicæ in Paralipomenon	230
Eusebius qui. Loca Hebraica	269
Acheldemach. Loca actorum	295
Philo uir. Nomina Hebraica	299

Index

ordinem Tomorum

INDEX QUARTI TOMI.

S I summo ingenio. De uirginitate. Ad Demetriadem	fol. 12
Dominę debitis. Superioris epistolę castigatio. Ad Iulianam	26
Cuncti mei sensus. De contemnenda hæreditate. Ad Geruntij filias	29
Magnam humilitati nostrę. Consolatio in aduersis. Ad Marcellam	31
Si Deus ac Dominus noster. Consolatio exilij. Ad uirginem quandam	33
Quanquam certissime nouerim. Consolatio. Ad amicum ægrotum	36
Ecce iterum ad te scribo. De uiro perfecto. Ad amicum ægrotum	43
Præsumptionem meam. De cognitione diuinę legis. Ad amicum quandam	58
Treis quodammodo uirtutes. De tribus uirtutibus	64
Cogitis me ô Paula. De Assumptione beatę Marię sermo. Ad Paulã & Eustochiũ	67
Scientes fratres. Eadem de re sermo	77
Parentum meritis subiugans. De honorandis parentibus	78
Sufficere quidem. De septem gradibus Ecclesię	79
Quanta in cœlestibus. De laude uirginitatis	87
Omnipotens Deus. De membris Dei	93
Credimus in Deum. Symboli explanatio. Ad Damasum	97
Credimus in unum explanatio. Ad Damasum *	98
Credimus in unum Deum. Explanatio fidei. Ad Cyrillum	99
Mihi quidem. Symbolum Ruffini	101
Nulla res uetus. De cereo paschali. Ad Præsidium	116
Superiore epistola. De uera circumcissione	119
Lectis literis. De celebratione Paschę	130
Puto leuius esse. In Susannam lapsam	139
Nisi uererer beatissime. Obiurgatio. Ad Euagrium	144
Et si ignotus tibi sim. De militando Christo *	145
Hęc sunt uerba. De decem tentationibus Israelitarum	147
Omne psalterium. Expositio psalmi quadragesimi primi	148
In omni psalmo. Expositio psalmi centesimi decimiseptimi	149
Cogor à te. De musicis organis. Ad Dardanum	150
Exulta cœlum. De resurrectione Domini sermo	151
Hodie uerus sol. De natiuitate Domini sermo *	153
Dies epiphaniarum. De epiphania Domini sermo	154
Quomodo miles semper. De quadragesima sermo	155
Hodie fratres charissimi. De esu agni	eodem
Non queo fratres charissimi. De resurrectione Domini	157
Sapissimo rogatu. De uinculis Petri. Ad Eustochium	158
Dignum est fratres. De obseruatione uigiliarum	161
Qui Aethiopen inuitat. Exhortatio. Ad Pammachium & Oceanum	163
Ad te surgo hominem. De pœnitentia	165
Admirabile diuinę dispositionis. De generibus leprarum	166
Omnium quidem. De filio prodigo	168
Sancto & merito. Paulini ad Sebastianum eremitam epistola	171
Cognoscendę ueritatis. Apologia Pamphili pro Origene	172
In his quę in superiori lib. Ruffinus de adulteratiõe librorũ Origenis. Ad Macariũ	198
Verba Origenis. Eadem de re ex Origenis epistolis	195
Scio quàm plurimos. Libri πρὸς ἀρχῶν, Origenis, Ruffino interprete. Ad Macariũ	198
Audiui quosdam. Ruffini epistola pro fide sua. Ad Anastasium	201

Index iuxta

Probatae quidem affectionis. Anastasij epistola de Ruffino. Ad Hierosolymorum episcopum	202
Perlegi scripta tua. Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum, liber primus	202
Superiore quidem libello. Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum, liber secundus	219
Quod ad te scripsi. Augustini quaestio ex epistola Iacobi. Ad Hieronymum	234
Deum nostrum qui. Eiusdem de ratione animae. Ad Hieronymum	236
Quamuis tuae sanctitatis. Eiusdem de origine animae. Ad Optatum	244
Spes tota nostra. Eiusdem de pastoribus homilia	249
Loqui prohibeor. Valerius de non ducenda uxore. Ad Ruffinum	260
Martinus episcopus. Regula monachorum ex Hieronymi scriptis cōsarcinata, per Lupum quendam Oliuetanum, cum approbatione Martini pontificis	263
Cum apud coelestis. Dialogus Hieronymi & August. per quendam ineptum ex ipsorum scriptis collectus	295
Magnitudo coelestium beneficiorum. Homilia de corpore & sanguine Christi, incerto autore	300
Sanctus euangelista. Homilia super Euangelium Matthaei, incerto autore	302
Sanctissimum doctorem. Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium Benedicto & dilectissimo. Consolatio super morte filiae. Ad Tyrasium	303
Diuerforum opprobria. De ferendis opprobrijs. Ad Oceanum	312
Sophronius Eusebius. De uita clericorum. Ad Oceanum	314
Damasus episcopus. Ad Hieronymum, titulo Damasi	317
Beatissimo Papae. Ad Damasum, titulo Hieronymi	319
Vis nunc acriter. Catalogus scriptorum Ecclesiasticorum. Ad Desiderium	eod.
Quia me dilectissimae filiae. De uirtute psalmorum. Ad Paulam & Eustochium	329
Nouerit sancta autoritas De oblationibus altaris. Ad Damasum	321
Tepescens in membris. Regula Monacharum	322
Dilectissimo fratri. De natiuitate beatę Marię Heliodori & Chromatij quaestio. Ad Hieronymum	323
Dominis sanctis. Super eadem quaestione responsio. Ad Heliodorum	339
Petit à me. De natiuitate uirginis Marię	340
Patri reuerendissimo. De morte Hieronymi. Ad Damasum	eodem
Gloriosissimi Christianae. De transitu & laudibus Hieronymi. Ad Cyrillum	343
Venerabili uiro. De miraculis Hieronymi. Ad Augustinum	363
Plerosque nimirum. Vita diui Hieronymi, incerto autore	367
	386

INDEX QUINTI TOMI.

L Xpletis longo. In Esaiam cōmentariorum, liber primus: iuxta utranque translationem. Ad Eustochium	3
Finito in Esaiam. In eundem cōmentariorum, liber secundus	15
Sufficit mihi. In eundem commentariorum, liber tertius	28
Inæquales dicimus. In eundem commentariorum, liber quartus	41
Plures anni sunt. In eundem commentariorum, liber quintus	51
Quod in præcedenti. In eundem commentariorum, liber sextus	72
Septimus liber. In eundem commentariorum, liber septimus	86
Sextus & septimus. In eundem commentariorum, liber octauus	102
Varijs molestijs. In eundem commentariorum, liber nonus	115
Decimus liber. In eundem commentariorum, liber decimus	130
Difficile, imò. In eundem commentariorum, liber undecimus	141
Nullus tam imperitus. In eundem commentariorum, liber duodecimus	154
	Multi

ordinem Tomorum

Multi casus. In eundem commentariorum, liber tertiusdecimus.	169
Dominus. In eundem commentariorum, liber quartusdecimus.	183
Crebro Eustochium. In eundem commentariorum, quintusdecimus.	197
Egregia. In eundem commentariorum, liber decimussextus.	210
Quanta mysteria. In eundem commentariorum, liber decimusseptimus.	225
Duodeuicesimus. In eundem commentariorum, liber decimusoctauus.	242
Post explanationes. In Hieremiam commentariorum, liber primus. Ad Eusebium.	261
Secundum frater. In eundem commentariorum, liber secundus.	276
Lernæum anguem. In eundem commentariorum, liber tertius.	292
Semper diabolus. In eundem commentariorum, liber quartus.	307
Quintus commentariorum. In eundem commentariorum, liber quintus.	322
Prolixitas. In eundem commentariorum, liber sextus.	337
Habes. Primus commentariorum in lamentationes Hieremiæ.	351
Primam partem. Secundus commentariorum in lamentationes Hieremiæ.	362
Extremus liber. Tertius commentariorum in lamentationes Hieremiæ.	369
Post lamentationem. Præfatio commentariorum in orationem Hieremiæ.	374
Finitis in Esaiam. In Ezechielem commentariorum, liber primus. Ad Eustochium.	377
Secundi explanationum. In eundem commentariorum, liber secundus.	390
Nihil longum. In eundem commentariorum, liber tertius.	400
Vellem si fieri. In eundem commentariorum, liber quartus.	412
Nelibrorum numerus. In eundem commentariorum, liber quintus.	425
Putabam quod. In eundem commentariorum, liber sextus.	436
Olim pueri. In eundem commentariorum, liber septimus.	449
Quid alijs profit. In eundem commentariorum, liber octauus.	464
Consequens erat. In eundem commentariorum, liber nonus.	477
Vellem ut. In eundem commentariorum, liber decimus.	489
Vndecimus. In eundem commentariorum, liber undecimus.	501
Trepidationem. In eundem commentariorum, liber duodecimus.	519
Tertiusdecimus. In eundem commentariorum, liber tertiusdecimus.	533
Quod in principio. In eundem commentariorum, liber quartusdecimus.	555
Contra prophetam Danielelem. Commentaria in Danielelem. Ad Pammachium & Marcellam.	567

INDEX SEXTI TOMI.



S i in explanationibus. Liber primus commentariorum in Osee. Ad Pammachium.	3
Qui sæpe nauigat. Liber secundus commentariorum in Osee.	20
Non ignoro Pammachi. Liber tertius commentariorum in Osee.	37
Non idem ordo est. Commentarij in Ioelem. Ad Pammachium.	54
Amos propheta. Liber primus commentariorum in Amos. Ad eundem.	71
Legi in quadam. Liber secundus commentariorum in Amos.	85
Præpostero ordine. Liber tertius commentariorum in Amos.	99
Cum essem paruulus. Commentarij in Abdiam. Ad eundem.	114
Triennium. Commentarij in Ionam. Ad Chromatium.	122
Micheas. Liber primus commentariorum in Micheam. Ad Paulam & Eustochium	135
Semper inuidis. Liber secundus commentariorum in Micheam.	150
Iuxta Septuaginta. In Nahum commentarij. Ad eandem.	166
Primum Chromati. Primus liber commentariorum in Habacuc. Ad Chromatium.	182
Alterum mi. Secundus liber commentariorum in Habacuc.	195

Quæstio

Index iuxta ordinem Tomorum

Quæstiones in Habacuc, incerto autore.	fol. 206
Antequàm Sophoniam, Commentarij in Sophoniam, Ad Paulam & Eustochium.	208
Secundo anno, Commentarij in Aggæum, Ad easdem.	226
Vltimo iam, Liber primus commentariorum in Zachariam, Ad Exuperium.	238
Ab obscuris, Liber secundus commentariorum, in eundem.	253
Vrget me frater, Liber tertius commentariorum, in eundem.	271
Vltimum duodecim, Commentarij in Malachiam, Ad Minerium & Alexandrum.	289

INDEX SEPTIMI TOMI.

P Arabolæ Salomonis, Commentarij in parabolas Salomonis.	3
Memini me, Commentarij in Ecclesiasten, Ad Paulam & Eustochium.	62
Epithalamium libellus, Quatuor homiliæ in Cantica, nomine Origenis.	100
Iob qui dolens, Commentarij in Iob, Ad Vetterium incerto autore.	150

INDEX OCTAVI TOMI.

P roxime cum Origenis, Commentarij in Psalterium.	3
Scio quosdam, Psalterium iuxta Hebraicam ueritatem.	In Appendice.

INDEX NONI TOMI.

C Anones Euangeliorum Eusebii.	5
Plures fuisse, Cōmentarij in Matthæum, Ad Eusebium.	11
Omnis scriba, Commentarij in Marcum.	87
Quoniam quidem, Euangelium iuxta Lucam.	114
In principio, Euangelium iuxta Ioannem.	139
Pauci admodum, Liber primus cōmentariorum in epistolam ad Galatas, Ad Paulam & Eustochium.	151
Quod in primo, Commentariorum secundus, in eandem.	151
Tertium ad Galatas, Commentariorum tertius, in eandem.	180
Si quicquam, Liber primus commentariorum in epistolam ad Ephesios, Ad Paulam & Eustochium.	180
Secundum orationibus, Secundus commentariorum, in eandem.	180
Satis abunde, Tertius commentariorum, in eandem.	228
Licet non sint, Commentarij in epistolam ad Titum, Ad Paulam & Eustochium.	242
Qui nolunt, Commentarij in Epistolam ad Philemonem, Ad easdem.	258
Literis tuis, Commentarij in omnes Paulinas epistolas, incerto autore.	265
Cum in Babylone, Didymi de Spiritu sancto, liber à Hieronymo uersus.	307

Indicis iuxta ordinem Tomorum finis.

DE ERASMI ROTERO-

DAMI AD LECTOREM PRAEFATIO.




VAN QVAM ab ipsa pueritia, non tam iudicio, quàm arcano quodã natu-
re sensu, diui Hieronymi scripta sum admiratus: eaq; admiratio mihi sem-
per cum accessione ætatis, & si qua est, eruditionis accreuit: tamen cum il-
lius epistolas tum castigandi, tum scholijs illustrandi prouinciã suscipe-
rẽ, uariã illã & ex omni linguarum, disciplinarũ ac literarum recondita su-
pellectili constructam opulentiã nondum penitus introspexerã. Quid
enim est in ullo librorũ genere, seu paruum, seu magnũ, seu sacrũ, seu prophanum, quod ille
non habuerit in numerato? Itaq; fateor me non uno modo peccasse, qui ad tam arduum
negocium, nec parem eruditionem, nec iustã curam attulerim. Quum enim primũ ue-
nissẽm Basileam, de nouo testamento uertendo ne cogitarem quidem: scholia modo non
nulla paucis uerbis annotaram, atq; his decreueram esse contentus: in Hieronymum ferẽ
nihil attuleram præter animi propositum. Hic mea facilitate, aut uerius temeritate, abusus
felicis memoriæ IOANNES FROBENIUS, utruq; opus compluribus prælis aggressus
est: quum hoc corpusculum uix quartæ laborum parti par esset. Atque id temporis para-
bam illa, non hominibus eruditis, sed quibusdam p̃is quidem illis, uerũ illiteratis, apud
quos compereram Hieronymum sic undequaq; deprauatum, ut ne legi quidem posset: cu-
ius incogitantia me non semel & pudit, & piguit. Supererat igitur ut ad prouerbiũ con-
fugeremus, quo posteriores curæ dicuntur esse meliores: & quod priore negligentia com-
missum erat, posteriore diligentia sarciremus: id quod à nobis iam semel atq; iterum factũ
est. Porro quũ acciperem apud Parisiorum Lutetiam rursus excudi epistolarum uolumi-
na, ut ex tempore licuit, quædam loca pridem à me notata recognoui, ~~isq; in publicam~~
~~libertatem, quædam uero, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque,~~
~~quædamque, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque,~~
~~quædamque, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque,~~
~~quædamque, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque, quædamque,~~
Quũ hæc
adornaretur editio, incomparabilis heros GVILIELMVS VVARAMVS, Archiepiscopus
Cãtuariensis, ac totius Angliæ primas, terras reliquit, & in cœleste contubernium e-
migravit, uir ex omni uirtutum & ornamentorum genere concinnatus: siue spectes in tan-
to rerum fastigio comitatẽ etiam infimis obuiam, siue in tantã rerũ affluentia spontaneam
uictus sobrietatẽ, siue in tantis negociorũ undis perpetuam animi tranquillitatẽ (id quod
diuine cuiusdam mentis esse uidetur) siue syncerũ erga pietatẽ ac religionem affectũ, quam
semper summo studio, nullo supercilio tũ docuit, tum prestitit. Nemo uidit illũ nihil agen-
tem. Quis autem non facile condonasset tali uiro, si quando animum negocijs externis de-
lassatum, iocis aut lusibus relaxasset? At illi pro uenatu, pro aucupio, pro alea, pro chartis,
pro morionibus, proq; cæteris auocamentis uulgaribus, erat aut frugifera lectio, aut cum
erudito uiro colloquium. Iam uerò benignitatem quum in omnes, tum præcipuè in stu-
diosos, quid referam? De me nihil dicam, qui nõ ita multum ab illo accepi, idq; obtrusum
uerius quàm datum: nisi quod in acceptis numero quicquid ille obtulit: obtulit autem fre-
quenter uera fronte, fortunarum omnium communionem. Sed in alios quàm non fuerit
illius parca liberalitas, uel illa uox arguit quam paulo ante mortem emisit. Nunciantibus
enim famulis, in thesauro uix esse triginta aureos signatæ pecuniæ: gratulabundus dixit,
Bene habet: sic mori semper fuit in uotis: sat est uiatici mox hinc emigraturo. O mentem
summo episcopo dignam. Ex tanta fortuna minimum impendit sibi: mensa erat & pro mo-
re regionis, & pro dignitate tanti præsulis splendida, sed in medijs delicijs ipse uulgaribus
libentius utebatur, atq; hoc ipsum parcissimè. Cœna tã erat frugalis, ut propè nulla fuerit:
uinum

Ad Lectorem

uinum perquam rarò gustabat uerius quàm bibebat, contentus tenuissima ceruisia, quam illi uulgo Biriam appellant. Eadem in cultu frugalitas, nunquam holosericis utebatur nisi rem diuinã peragens: adeò ut quum sub Caroli Cæsaris & regis Angliæ conuentum, qui fuit ante annos ni fallor undecim Caletij, edicto Cardinalis Eboracensis, non episcopi tantum, sed & inferioris gradus homines cogentur magnis impendijs ornare sese Byssis ac Damascenis, solus omnium ille contempto Cardinalis edicto, pilum in cultu suo non mutarit. Quid esse possit illo pectore incorruptius? Nunc felix illa anima, sicut Ecclesiæ præclarum lumen fuit, ita cœlesti Hierosolymæ sidus illustre addit. Frequenter apud suos hanc uocem solet emittere, Vtinam mihi contingat, priusquam hinc emigrem, semel uidere complectiq; meum Erasmus, nunquam sinerem illum à me diuelli. Votum erat mutuum, sed neutri contigit quod optauit. Vtinam illud concedat Christi misericordia, ut nos inuicem breui complectamur illic ubi nulla est futura distractio, nec quisquam erit, qui uel illum mihi, uel me illi inuideat.

Bene uale quisquis es qui hæc legis.

FRIBURGI BRISGOIAE
Anno M. D. XXXIII.





Dihero
index oc
neralis s

165

3.572